

congēmēre. *uerb. intr., tr.* ETYM cum, gemere. [FREQ minima 15 ^{indicia} 0,93 ^{/d.c.m.} 70 LUCR] *uocabulum scriptis litterariis proprium, praecipue narrando (uersui heroico, fabulae prosa compositae) argumentando; magis prosa quam uersu; omnibus usibus, praesertim quotidianis doctisque; inde a saec. I aec. apparet, saec. I-II ec. autem frequentius est.*

| VARIATIO | | indicia | p ^{/d.c.m. subc.} |
|-------------|--------------|---------|----------------------------|
| OPERUM | argumentalis | 3 | 0,45 |
| | lyrica | 1 | 3,5 |
| | narratiua | 11 | 2 |
| DIACHRONICA | I aec. | 3 | 1 |
| | I-II ec. | 7 | 1,8 |
| | III-V ec. | 5 | 0,5 |
| DIAPHASICA | docta | 5 | 2,4 |
| | media | 8 | 0,6 |
| | quotidiana | 2 | 3,5 |
| DIASTRATICA | litteraria | 15 | 1,1 |
| MODUS | prosa | 10 | 0,6 |
| | uersu | 5 | 2,6 |

¶ *intr. a1 ob dolorem flere, cum affectus uel dolores nisi hoc modo, minime uerbis, exprimere possis - gemir de pena, expresando el desarrollo de un sentimiento que no puede ser transmitido con palabras* [HYPER gemere^{b1}] 63 CIC Mur 51. Congemuit senatus frequens neque tamen satis seuerē pro rei indignitate decreuit. 121 SUET Tib 23.1. uelut impar dolori congemuit, utque non solum uox sed et spiritus deficeret. 390-406 VULG Ier 22.23. congemuisti cum uenissent tibi dolores quasi dolores parturientis.

a2 ob gemitus in discrimine mortis editos, quasi exspirare uel mori eo usum est - por los gemidos producidos en el momento de la muerte: expirar o morir [HYPER perire^a] 29-19 VERG Aen 2.631. uulneribus ... euicta supremum congemuit. 80-90 STAT Theb 2.569. quattuor hic adeo disiecti mole sub una congemuere. 400-430 SEDUL Hymn 36. Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem: subdita congemuit mors fera per hominem. 📖 GLOSS 4.435.17. Congemuit crepuit.

a3 queri - quejarse [HYPER dicere SIM ↗queri] 60 PETRON 100.3. uox supra constratum puppis congemuit: «Ergo me derisit?»

a4 sonum edere - producir un sonido [HYPER sonare] 60 PETRON 23.2. Intrat cinaedus ... qui ut infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit.

tr. b quibusdam casibus proprium erat, cum aliquem seu aliquid fles uel luges - era propio de ciertos momentos, cuando se llora a alguien o algo o se lamenta su pérdida [HYPER GRADUS ↗flere^b SIM ↗plorare^b] 70 LUCR 3.934. quid mortem congemis ac fles? 80 VAL Fl 5. positum ... feretro congemuere. 125 APUL Met 4.33. adfectae domus triste fatum cuncta etiam ciuitas congemebat. 370-420 HIER Epist 4.130.3. Olybrium immatura morte subtractum Roma congemuit. 412-427 AUG Ciu 3.28.5. genera mortium exquisita congemuit.